

Werk

Titel: Copiosissima Evangeliorum Dominicalium Expositio

Autor: Bakius, Reinhardus

Verlag: Iungius; Schmidius

Ort: Lübeck; Schleusingae

Jahr: 1640

Kollektion: VD17-nova

Werk Id: PPN616188471

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN616188471> | LOG_0005

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=616188471>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de



*Serenissimo, Potentissimoq; Principi ac
Domino,*

DN. JOHANNI GEORGIO,

S.R.J. Archi-Marschallo & Ele-

ctori Septemviro; Duci Saxoniae, Juliae, Cli-
viae & Montium; Landgravio Thuringiae; Marchioni
Misniae, nec non superioris inferiorisque Lusatiae; Burg-
gravio Magdeburgensi; Comiti Marcae & Ravensburgi;
Domino Ravensteiniae, &c. Principi ac Domino meo cle-
mentissimo, temporariam ac aeternam, à Deo ter

opt. ter max. Gratiam & Bene-
dictionem,



Nnis superioribus, Elector Se-
renissime, cum pientissimus ille
& de Christi Ecclesia praeclare
meritus Rostochiensium Theo-
logus, D. Simon Pauli, Sveri-

nensis; in libello quopiam, de Theologiae Stu-
diosi virtutibus, A. C. 1565. publicato, Concio-
nem ecclesiasticam sic definiisset: Esse illam, ser-
monem ad populum diligentem, non nisi
accuratè praemeditatum, & domi scriptum,

Quid Consue-
Ecclesiastica.

An conciones
domi conscri-
benda?

quidam

Negant,
obrationes.

1.

qui Textum aliquem scripturæ sacrae, ad ædificationem Ecclesiæ Dei, vivâ voce, è cathedra, trivialiter edisserat. *Fuere mox, qui in hac descriptione examinarent, & ferè non sugillarent illud: Domi scriptum; Censebant enim, futuram aliquam concionem literis consignare integram, esse nimii laboris, CONCIPISTAS meritò dici ignoristas; EXTEMPORANEOS* verò sermones multò melius, de solidâ testari eruditione; proderè multò certius pracedaneam rerum multarum lectionem, multoq; testari firmitus, de gratiosa, in corde Doctoris certò habitantis Spiritus S. præsentia, de qua Servator: Cum adduxerint vos ad Synagogas, Magistratus atq; potestates, ne solliciti estote, quomodo aut quid, pro defensione allaturi, aut quid dicaturi sitis; Spiritus enim Sanctus docebit vos, *ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ*, eo ipso momento, quæ dicere oporteat, *Luc. 12. v. 11. 12.* alibi additur: Ob dicenda, ne sitis solliciti, *μηδὲ μελετᾶτε*, neq; meditemini, sed quicquid fuerit datum vobis, illâ horâ, id dicite; non enim estis vos, qui loquimini, sed Spiritus Patris,

*Patris, qui in vobis loquitur, Matth. 10. v. 19.
Marc. 13. v. 11.*

*Allegabant eum in finem, Psalmum 45. cu-
jus versiculus primus dicat: Eructavit cor me-
um verbum bonum, dico opera mea Regi,
lingua mea calamus velociter scribentis: ubi
addidère: Qui de suo loquitur, meritò tardus est,
& meditando & componendo; sicut Horatius
se vidisse dicit,*

— — in versu qui faciendo,

*Sæpè caput scaberet, vivos & roderet ungues.
ubi verò Spiritus S. mentem Doctoris moveat,
eâ tarditate, assiduitate & defatigatione haud
opus esse, cum pectus, Dei flamine oppletum,
verba etiam Bona mox eructet, atq; ^{autoxedias}
effundat, ceu ille, de quo Poëta:*

— — in horâ sæpè ducentos

Lucilius versus dictabat, stans pede in uno,

*Urgebant tandem concionem futuram scribi
nolentes, abusum huius instituti, cum concipi-
sta (sic enim vocabant) eandem concionis semel
habita formulam, quotannis repetant, mutatis
saltem exordiis, suamq; hanc igna viam tue-
antur, illo Apostolico: Quod semper eadem*

scribo vobis, non me poenitet, &c. Phil. 3. v. 1.
cum tamen gentilis etiam, sua confusus arti, au-
dacter satis asserat:

— Cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo,
Verbaq; prævisam rem, non invita sequentur.

*Pugnatur pro
concionum scri-
ptione, Rationi-
bus contrariis
refutatis.*

*Sed, quicquid his RVCTATORIBUS
extemporaneis videatur, necessariam tamen,
in conscribendis concionibus sedulitatem, cœle-
stis Cathedra Candidatis, cordationibus præfer-
tim, ita non eripient. Vti enim Demosthenes di-
xit, improbum sibi nebulonem, & civem patriæ
perniciosum planè, illum videri, qui de re, antea
diu multumq; non cogitata, progredi ad dicen-
dum audeat; sic impostores improbos, & perni-
ciosos Ecclesiæ Doctores meritò istos reputamus
Sciolos, qui conciones ex manica se excutere,
impudenter nimis gloriantur, de materiis, diu
multumq; antea non cogitatis, dicere ausi eo lo-
co, ubi verba singula, non statera Aurifabri, sed
Dei ipsius, angelorum & multorum hominum
trutina examinantur. Idem certè Demosthenes,
cui Cicero tantam tribuit eloquentiam, quan-
tam quidem mortalium capiunt animi, non se-*

mel dixit: Senon scripta tantum, sed sculpta quoque dicere velle, si modo posset: *Et Augustinus Imperator, ut Suetonius refert, sermones quosvis graviores, etiam cum Livia conjugehabendos, consignavit literis, ne plus minusvè, quàm oporteret, loqueretur.*

Promissio igitur Christi perperam huc trahitur, siquidem non de concionibus, sed persecutionibus, Servator agit, addita expressa Defensionis mentione; proinde, ut tyrannica ad Magistratum gentilem pertractio, nullum meditando tempus Apostolis concedebat, ita iubet Dominus, ut illa hora a Sistentia Spiritus S. confisi, de apologiis necessariis, non multum sint solliciti.

Eructatio Davidis quid, queso, iuvabit nostros extemporaneos? agit certè Prophetæ, non de ore, sed de corde: utitur verbo רַקָּאֶשׁ, Raca sch, cui latina screo & exscreo ferè conveniunt, alluditq, ad qualitatem alicuius Scaturiginis, obstrui illa utiq, non potest, sed in fontem se effundens, homines & pecora refocillat: Sic Davidis pectus, plenum ex cœlesti scaturigine puteum, quis poterat obstruere? Græci ponunt ἐκ γένυος, ebul-

i.

ii.

ebulliit Cor meū, *metaphora sumta*, ab aquis ferventibus, quas licet despumes, alieno tamen diffluunt: Sic Cor Davidis, Spiritu S. inflammatum, instar ferventis olla, ebullit, quia, dicente Lyrano, Ut venter, ex plenitudine cibi corporalis, eructationem emittit; Sic Cor Prophetæ, ex plenitudine gratiæ spiritualis, hunc emisit sermonem; additq; *Basilius*: Talia eructat, qualia erant, quibus pastus est, pastus est verbi divini pabulo & Spiritu S. ideo, ex pleno, eructat, quia intus, pergit glossa interlin. Spiritu mens plena est, vel, ut Salvator ait: ex abundantia cordis, os loquitur, Matth. 12. v. 34. Illud autem, quod Extemporanei eructant, id plerumq; ex vino est & crapulâ, cum tamen Apostolus Timotheum jubeat, sobrium esse ubiq; 2. Tim. 4. v. 5. sicut etiam Aaroni & filiis, vino & sicerâ interdicitur, Lev. 10. v. 10. quia:

Non benè tractabit vinofus sacra Sacerdos;
 Et Lutherus, ad Psalmi 47. versiculum 8. ubi dicitur, psallendū regi nostro sapienter, in margine hoc glossema addit: Klüglich Lob singen heist/ daß man im Predigen das Wort mit fleiß handele vnd darauff bleibe/ nicht hinein schreie vnd plaudere/ wie

sive die wüsten wiliden Schreyer / Spener vnd freche
Prediger / die da reden / was sie düncket. Unde stre-
nui illi concionum ERUCTATORES, non
ad cathedrā ablegandi essent, sed ad Imperatoris
Claudii mensam (cloacā potius) cui adscriptū:

Hic est, Naturā præside, turpe nihil.

Claudius enim ructus, ventrisq; (Salvā veniā)
crepitus, inter epulas etiam tolerandos, lege ius-
sit publicā, unde versus:

Edicto vetuit crepitus ructusq; teneri,

Claudius, ô Medici Principis imperium!

Tandem, quomodo de ignavia arguere possunt
alios, quibus ipsis tanta est molestia, unig alteri-
us vè horulæ spatium, scribendi ferre labores? cum
tamen Davidi, γραμματεὺς ὀξύγαστος, cum celeri
suo calamo, summopere arrideat. Nos dicimus:
Si quispiam, ad idem semper conceptum, vetq;
unum, & perpetuum, præcisè se adstringat, ille nō
excitat, meditando, donum quod in se est, 2. Tim.
1. v. 6. vocat in periculum scripturam sacrosan-
ctam, q. ea tam ieiuna sit & egens, ut nihil ampli-
us, quam quod chartis semel datū, in recessu ha-
beat: auget, de se, suspensionem socordie turpissimā:
facit auditores securos, & sua quidem opinione,

III

b

pro-

PRÆFATIO.

profundè doctos : deniq; Sciolis risui se exponit, quia meritò :

Ridetur; chordâ qui semper oberrat eâdem.

Cœpi igitur Ego, multis abhinc annis, non sanè pro aliis, sed pro me ipso, diligenter domi scribere, uberiores aliquam Evangeliorum Dominicalium expositionem, ita quidem, ut Textus verba suo ordine, membratim, eâ qua potui assiduitate, exponerem : ut emphasin grammaticâ non negligerem : ut Evangelistas conferrem : ut Antilogias apparentes conciliare : ut ex Versionib; diversis optimam eligerem : tandemq; cui vis Textus membro, unam, duas, tres, plures vè observationes subnecterẽ; sicut etiam plura concioni cuilibet, certis de causis, addidi Exordiola, &c.

*Cuius Commentarii mei Evangelici partem primam, Serenissime Elector, vestræ Celsitudini, in editione necessario repetitâ, subiectissimè id eò offerre volui; quia debui. Sicut n. constat, Lactantium suos Institutionũ libros CONSTANTINO M. dedicasse : Ambrosium suos de Fide codices GRATIANO consecrassẽ : Sozomenum historiam suam Ecclesiasticam THEODOSIO nuncupasse : adeoq; ipsum D. Lucam, & Evangelium
suum,*

P RÆ F A T I O.

*suum, & Apostolorum acta, inscripsisse, THEOPHILO, quem cum dicat: καὶ τῶν, ἰς quidam, vel Episcopus orthodoxus Lyrano, vel Princeps Christianus de Ecclesia optimè meritus Theophylacto visus est: Ita sanè Celsissimam Vestram Serenitatem, cur, dedicatione hac, non ego dicerem similiter, nostrum Theophilum, nostrum, Constantinum, nostrum Gratianum, nostrūq; Theodosium clementissimum? Ad cuius pulvinar, aut pedes etiam illustres, dum hac depono, ulteriori Gratiae, Favori, ac promotioni, Serenitatis vestrae Excelsissimae, me meosq; humili-
mè commendabo, Eidemq; cum tota stirpe inclutissima, Valetudinem firmam; Vitam prolixam; Domum tutam, Regionem quietā, Exercitus fortes; Consilia felicia, Arma victricia, Gubernationem tranquillam, majestatem, tanto dignam Principe, magis magisq; augustā, & quae votorum summa est, Salutem sempiternam, devotissimè, ex intimis cordis mei penetralib. etiam atq; etiā comprecor. Grima 7. Aug. A. 1639.*

Excelsif. V. Seren. omni fide

Subiectissimus, obsequentissimus

REINHARDUS BAKIUS, D.

IN



IN OPUS HOMILITICUM
Reverendi admodum, Clarissimi & Excellen-
tissimi VIRI,

DN. REINHARDI BAKII,
SS. Theologiæ Doctoris eximii,
Ecclesiæ Grimmenfis pro tempore Pastoris,
& Superintendentis dignissimi, Amici, ac in Christo
Frattis plurimum dilecti & hono-
randi.

Ac prodire tuos, BAKI clarissime, li-
bros, (que gregis.
Commoda iis sancti promoveas.
Obstupere olim, cum Te audire loquentē
Magdæburgenses Verba sacrata DEI.
Nunc mirabuntur lectores; proque labore
Ingentes grates ore styloque canent.
Has quoque communi Tibi solvo nomine,
Te prodesse diu, Te superesse diu. (& opto,

*Aut quæ diu deproperabat, singularis amicitia ac
benevolentia contestanda ergo,*

MATTHIAS HOE ab Hoenegg, SS. Th.
D. hereditarius in Lunckwitz & Gönz-
dorff, S. Caesar. Majest. Aulæ, ac Palatii
Imperialis Comes, nec non serenissimo
Domino Electori Saxoniz à concioni-
bus primariis aulicis, confessionibus sa-
cris & consiliis Ecclesiasticis.

Luth.